# Fragmento y adición

# a la

# historia de S. Isidoro de los Reyes Vándalos,

***conforme a un códice de Osma,***

***que copió el señor Pérez***

Hállase en su libro de cronicones
en el archivo de Segorbe

* * *

Biblioteca Virtual de
Pensamiento Político Hispánico
*Saavedra Fajardo*

* * *

*Fragmento y adicion á la historia de S. Isidoro de los Reyes Vandalos, conforme á un codice de Osma, que copió el señor Perez* (*a*). (Vid. pag. 203.)

«Geysericus tribus annis Ippone Regio exemptis Car»thaginem occupat sub die XIIII. Kls. novembris, omnes»que opes eius, excrutiatis diversis tormentorum genere »(f. *generibus*) civibus, in suum ius vertit, ecclesias ex»poliavit, ut iam non divini cultus loca, sed suorum ha»bitacula iussit (f. *idolorum* habitacula *invassit*). In uni»versum captivi populi ordinem sævus, sed precipuè no»bilitati, et religioni infensus, ut non discerneretur ho»minibus magis, an Deo bellum intulisset.»

«Eo tempore Archidiaconus urbis Romæ, Leo nomi»ne, gaudenti patriæ Romanæ Ecclesiæ episcopus ordi»natur. Cum Gisibiserico autem á Valentiniano Augus»to pax confirmata, certis spatiis Affrica inter utrumque »divisa est.»

«Colliguntur à principio mundi usque ad novissimum

(*a*) Hállase en su libro de cronicones en el archivo de Segorve.

»annum Tranvamundi anni quinque millia DCCVIII, hoc »modo.»

«Ab Adam usque ad Abraham an. III. M.CLXXXIII.»

«A nativitate Abrahæ usque ad vocationem ann. »LXXV.»

«A præfato anno promissionis Abrahæ usque ad exi»tum Israel ex Egipto an. CCCXXX.—Moyses in here»mo ann. XL.—Josue in terra promissionis ann. XXVII. »—Sub judicibus ann. CCLXXXVIII.—Sub Heli sacer»dote ann. XL.—In regno Saul ann. XL.»

«A David usque ad transmigrationem Babilonis ann. »CCCCLXXXV.»

«A transmigratione Babilonis usque ad nativitatem »Domini nostri Jesu-Christi ann. DLXXXVII.»

«Dominus Jesus in corpore positus ann. XXXIII.»

«A passione Domini usque ingressu Wandalorum »Carthagine ann. CCCCXIII.»

«Geysericus regn. in Affrica ann. XXXVII., men»ses II. Hugnericus filius eius regn. Carthagine ann. VII. »menses X.»

«Gunthamundus nepos ex filio Geyserici gentune »(f. *genitus)* regn. Carthagine ann. XI. menses VIII.»

«Transamundus frater Gunthamundi regnat apud Car»thagine ann. XXVI. mens. VIIII.»

«Hac sic agitur hodie DCCCIIII. ann. ab ingressu Car»thaginis.»

«Dehinc Hildirix Hugnerici filius, Geyserici atque ne»pos, regn. Carthagine ann. VII. dies XIIII.»

«Ghegilamir, tiranyde assumpta Hilderico à regno »pulso, eiusque origine truncata, dominatus est Affris »ann. III. menses III.»

«Ingressus est Bellisarius magister militiæ cum exer»citu orientis Carthagine sub die XVIIII. Kals. octobris.»

«Geylamer in fugam verso, postea capto.»